(b! +f. CCLXII a.) pro tanto mortuo Hinrico filio Wiperti + de

Großzik et marchione Lusacie Grosick castrum (großzik)

cum suis pertinenciis dedit Dedoni de Rochlitz,

et sic primo venit ad genealogiam marchionum

(Missn) Missnensium castrum predictum, advocacia

Pigaviensis. Theodericus autem, filius Dedonis (pigavienſ)

duxit uxorem Mechtildam, filiam Lodewici

comitis de Thuringia, genuitque ex ea filiam

Agnem mortuusque anno Domini M° CC°

VII sine filiis et sic ad fratrem suum Con- (a) et c (?))

radum tota sua hereditas devenit. Hic Theo-

dericus marchio primus fuit comes palatinus

et hereditario iure factus ab imperatore ad

hoc privilegiatus, ut in fundacione Gozecen-

sis monasterii recolo me legisse, et ex post

(Missn) marchiones Misnenses semper asscripserunt

sibi istum titulum, scilicet marchiones Mis- (missn)

nenses et comites palatini vel a castro (Missn)

Grosczik et Sommerschenborg, sed utrumque

hodie est distinctum. Conradus siquidem marchio ((l. destructum.))

Lusacie, filius Dedonis de Rochlitz, frater Theo- (lußacie) (q. 2c=T)

derici, accepit uxorem Elizabeth, filiam

Misconis, ducis, Ladislai Polonie, viduam

Zibislai ducis Bohemie, genuit ex ea filium (— zebißlai ~~et Bislai?~~)

qui puer obiit, filias duas, Mechtildam, quam

duxit Albertus marchio Brandenburgensis, (quam)

et Agnetam, quam duxit Hinricus comes

palatinus Reni, frater Ottonis imperatoris

quarti. Hic Conradus orientalis marchio a

socero suo + Ladislao multa gravamina (+ b. CCLXII b.)

passus fuit. Ideirco castrum et opidum Lubuß (lubuß) (Lubuß obseditur.)

soceri sui Ladislai cum exercitu obsedit. Ladis-

laus vero obsidionem solvere volens collecto

exercitu copioso marchioni mandavit se cum

crastino die congressurum. Vespere autem diei

precedentis Oderam fluvium cum omnibus

est transgressus improvisus hostibus super-